

1335 y. 26 Novembris.

Ex P. 1 p. 2. Cod Dipl. Dument
fol. 151.

vb. dipl. 2. 20.
Ant. dipl. 7. 101.

Sententia arbitratis in causa inter Casimiri-
rum Polonie regem ab una, atque magistrum
et fratres Ordinis Teutonici parte ab altera,
de terris Lutnensi, Dobrinensi Cujavie Soma-
ranie et Thuronensi, vertente per Carolum et
Joannem Hungarie Bohemique reges lata. 24
Vischegrad in Hungaria Dominica post festum
S. Elizabetha anno 1335.

In nomine Domini Amen. Nos Carolus et Jo-
annes Dei gratia Hungarie et Bohemie reges per-
petue memorie tenore presentium notum faci-
mus, quibus expedit universis et cum magnifi-
cis Princeps casimirus eadem gratia rex Polonie ex
una et religiosi viri magistri generales, preceptores
et fratres universi Ordinis Cruciferorum de domo
Teutonice parte ab altera, super terris provinciis
seu districtibus Lutnensi, Dobrinensi Cujavie Soma-
ranie et Thuronensi, super quibus a multo retroactis
temporibus, adhuc inter excellentem principem dominum
Uladislavum quondam ejusdem Polonie regem et tan-
dem ipso feliciter migrante ad dominum inter ipso
dominum Casimirus regem et dictos Cruciferos ma-
teria diffensionis et questionis suborta, dinoscebatur
in nos reges Hungarie et Bohemie, tanquam com-
muniter arbitratores, et amicabilem compositores, per
eosdem jam dudum et nunc, mediantebus legitimis
instrumentis, et literis compromissariis efficacibus, et
lectos pacis alumni et amici fore invicem cupi-
entes, se sponte et liberaliter commississent, et pa-
re compromississent. Nos inter cetera hujus rei
causa circa festum omnium Sanctorum anno do-
mini millesimo trecentesimo trigesimo quinto in
alto Castro Vischegrad in Hungaria simul in unum
convenissemus, tractaturi de promissis a predicto

Domino

domino Casimiro rege personali presentia, et pro-
moxnotatis magistro generali, preceptoribus, et uni-
versitate fratrum Cruciferorum dicte domus Teu-
tonice, fratre Henrico Rathena provinciali ejusdem
ordinis de terra Lubnensi et Marquardo de Spane-
berg Tholonensi et Conrado de Brunestein Szwecen-
si dicti ordinis commendatoribus et confratribus, cum
plenis et legitimis, et ad infra scripta cum plene
sufficientibus procuratoriis literis compatentibus, as-
sumptis nobiscum prelatibus et baronibus nostris quos
communiter volumus quibusdam diebus continuatis
utriusque partis, jura etiam infra scripta, que ha-
bere disponebatur diligenti et fidei personatione
examinassemus. Tandem favente domino. aciem men-
tium nostrarum equo libramine dirigentes, taliter
arbitrandum duximus, et pronunciando diffinimus in-
ter partes. Quod dominus Casimirus rex Polonie
terras Cujavie et Dobrzenensem, cum provinciis ac
districtibus ac quibusvis utilitatibus et pertinentiis
universis ab antiquo ad spectantibus, juxta limites
ac metas suas antiquas, cum plenitudine juris
et titulo pleni dominii, prout ad progenitores et
predecessores suos, et per consequens ad ipsum, iuste
et vero ac hereditario titulo, ab olim pertinuisse et
partes pertinere cognovimus, et specialiter in eadem
debeat possidere, tenere pacifice, quidem perpetuo et
habere in filios filiorum, et successorum Heredes,
salvo, quod omnia bona et possessiones que et quas
in terris Cujavie Dobrzenensique ante motam guer-
ram pacifice et quiete Cruciferi possiderint, ita et nunc
prout antea eas et ea cum omnibus, juribus juri-
dictionibus et pertinentiis quibuslibet, possideant ha-
beant et teneant sub veris et terminis antiquitus ob-
servatis. Magister vero generalis et fratres Cruciferi
domus Teutonice prenominati, terram Someranicam

suo districtu iuxta antiquos limites suos, cum perti-
 nentis similitudine et utilitatibus ejusdem universis, quoniam
 eidem fratribus et idem dominus Casimirus rex
 Polonie, causa divine retributionis, et ob remedium a-
 nimarum predecessorum suorum et progenitorum,
 ac sub salutis in perpetuam elemosinam, nec non
 propter perpetue pacis bonum, coram nobis, renunci-
 ando omni juri actioni impetitioni et repetitioni, quod
 vel que eidem domino regi Polonie in eadem terra
 Pomeranie ab antiquo competebat, vel competere pos-
 set, etiam ipse promisit iuxta ipsam nostram arbi-
 trariam pronuntiationem vel diffinitionem, eodem ju-
 re et modo, quo terra Culmensis et Tholunensis, e-
 isdem fratribus per progenitores et predecessores su-
 os fuerunt legata et donata, tandem legationem
 et donationem eo jure et modo quo fuerat tunc fa-
 cta, ratam habendo quiete, pacifice, et perpetuo te-
 nere debeant, habere pariter et possidere. Ordinavi-
 mus ad ultimum diffiniendo, arbitrando, quod omnia
 damna, injurie et quaecunque molestie quocunque
 modo hinc inde illata vel regi Polonie vel ejus sub-
 ditis compensentur et tollantur in totum: sic quod de
 cetero inter ipsos super eisdem nulla petitio et que-
 stio oriatur. Ne autem quicumque feudales vel regis
 Polonie, seu fratrum Cruciferorum, qui, guerris pe-
 dentibus inter ipsos, a bonis suis facti sunt profugi
 sive de Cujavia seu Dobriniensi vel de Culmen-
 si Pomeranieque a nostra diffinitione videantur
 exclusi: ordinavimus et diffinimus, quod hujusmodi
 omnes profugi bonis suis omnibus et gratas do-
 minorum suorum sint presentibus reformati: sic
 quod vel ad bona sua libere revertantur, si ve-
 rint: aut eidem libere venditis se transferant
 quo placebit. In quorum omnium testimonium
 atque robur, sigilla nostra presentibus sunt appen-

sa. Actum et datum in Vischegrad in Hungaria. In
sentibus. In Christo patribus ac magnificis et no-
bilibus viris infrascriptis: videlicet Chanadino Stri-
goniensi, loci ejusdem comite perpetuo, et fratre
Ladislao Colocensi, et Aulæ regis ejusdem regni
Hungariæ cancellario ecclesiasticum archiepiscopis, Vil-
leno Drugensi palatino. Rheni Hungariæ Demetrio
magistro Tavernicorum. Thoma Vojevoda Transylva-
niæ comite de Summen Mithethano totius Slavo-
niæ, comite Paulo judice Aulæ regis Hungariæ. Nec
non Vithgone Mionensi, et Joanne Blomucensis
ecclesiasticum episcopis Rudolpho duce Saxonie, Ca-
solo marchione Moraviæ, Boleslao Silesiæ et Domi-
no Legnicensi Thymone de Coldich Henrico de Lip-
pa. Et quam plurimis aliis fide dignis ad præmissa
rogatus specialiter et vocatis. Anno domini millesimi
mo tricentesimo trigesimo quinto, dominica proxima
post festum sanctæ Elisabethæ.